



26-5. N. 165

165 I 161
262

Eccē nullos nō fugiat nec mōr
p̄ p̄cū dubio noster ut p̄cedat
pretereuntes pretereū eō / preterit eō

egregia est
litates publica

Septian todos los hi. man
que en la boca de te se
halle meydela en suer

† p̄p. 91. †
in p̄fect. Do^m d. Confitemini domino et psallere nōi tuo altiss
ve. and. ḡma seu ḡma
et in p̄fect. ut ḡma
Ad annūciandoz mane m̄az tuaz, et in
tuam p̄ noctem in decacordo psal
Cantico i cythara (qz delectasti me in
itura tua / et in opibz manuz tuaz.)
tabo. f. Quz magnificata sūt opera tua dom
nims profunde facte sūt cogitationes
† p̄. p̄. 8. ex m̄ clamationis
domine / dominus noster. q̄m̄mirabile ē n.
tuum in unūsa terra. et 2^o f̄ma. o.

Extra salūdo
cantabo p̄ se

mi no no
s meus q̄d
a sūroibz
n. i. i. d.

anire

Et magni inter sanctos Archanagii Archiepi Alexandrini interpretatione in psalmos ad Marcellinum stilus et character admodum deuotissimus ad dei laudem h. omniumq; animarum salutem e greco in latinum nuperrime redactus per venerabilem doctissimūq; virum dominum Angelum Politianū florentinū eiusdem ciuitatis ecclesie maioris canonicum feliciter incipit.

M N S Quidem scriptura diuina magistra est et virtutis et vere fidei. sed liber psalmozū habet etia; quodāmodo imaginem status animarum. vt enim qui adit regem: prius ipse habitum verbaq; componit: ne forte imperitus habeat: Sic diuinus hic liber currentes ad virtutem et eos: qui vitā saluatoris in corpore cognoscere gestiunt: admonet prius per lectionem motionum omnium: quibus anima afficitur: deinde variis format instructiq; sermonibus. Potest igitur vnusquisq; in psalmis motum statumq; anime sue deprehendere: atq; ita figuram quiscq; disciplinamq; suam quibusq; verbis placere deo possit. Et quibus verbis sese corrigere valeat. et deo agere gratias. Ne si preterq; fas est dicat incidat in impietatem. Non solum enī de operibus sed de omni ocioso verbo reddenda apud iudicem ratio est. Si igitur beatum aliquem dicere velis: habes quomodo: et quam ob rem: et quem dicas in psalmis .i. (Beatus vir qui non abiit). .3i. (Beati quorum remisse sunt). .40. (Beatus qui intelligit super egenum). .iii. (Beatus vir qui timet dominū). et .127. (Beati omnes qui timent dominum). Si cōqri iudeozū cōtra saluatore; insidias hāes. .2. (Quare fremuerūt gentes Si te tui persequuntur et multi insurgunt aduersum te .3. psalmum dica s (Domine quid multiplicati sunt). Si autē ad hunc modū tribulatus inuocasti dominum: et qm̄ exaudiuit agere vis gr̄as. Canito. 4. (Quom iuocare;). et ii4. (Dilexi qm̄ exaudiet dñs) Si vides insidias tibi a malignantibus fieri: et auribus p̄cipi cupis orōnem tuā: canito psalmū. 5. (verba mea auribus percipe. Si minas dei sentis: et inde territū te vides: dicere potes psalmū. 6. (Dñe ne in furore). et .37. (Dñe ne in furore re. qm̄ sagitte tue). Si autē consilium ineunt aliqui contra te: quemadmodū Architophel cōtra David et hoc aliquis tibi nuntiet: cane .7. (Domine deus meus in te speraui. et confide in deo qui te liberabit). Lernens autem gratiam saluatoris circūquaq; diffusam: et restitutum saluti genus humanum. Si alloqui dominum vis: cane .8. (Dñe dñs nr̄ q̄s). Si rursus canere vis pro torcularibus deo gratias agens: habes. 8. (Dñe dñs nr̄) et .80. (Exultate deo salutarī nostro). Si coherceri inimicum vis: et creaturam saluari: non confidens in te ipso: s; in dei filio: Dic .9. psalmum: (Confitebor tibi dñe in toto corde meo. ^{deuotissime.}



- Si quis te metu afficere uelit: tu confidens in dño cane. 10. (In dño confido quomodo di .
- Si multorū superbiam et maliciam uides habundare : ira: ut nihil sit inter homines sanctū. Cōfuge tu ad dñs et dic. 11. psalmū. (Saluum me fac dñe. Si diutius pseuerent aduersariozū insidie: ne te ipz negligas quasi tui dñs sit oblitus. s3 inuoca dñs canens. 26. ps. (Dominus illuminatio mea.) .
- Si quos audis blasphemantes cōtra prouidentiam : ne sis tu quidem particeps eozū impietatis: s3 ad deū cōfugiens: dic. 13. (Dixit insipiens in. c. s. n. est deus. Corrupti sunt.) et. 52. (Dixit insipiens ꝛc .
- Si scire vis qualis est regni celozū ciuis. Cane. 14. (Dñe quis habitat in . t .
- Si tibi oratione opus est propter resistentes tibi et circumdantes animā tuam cane. 16. (Exaudi domine iusticiam meā.) et. 85. (Inclina domine aurem tuam.) . 88. (Misericordias domini in eternū cantabo) et. 110. (Domine clamaui ad te exaudi me .
- Si scire vis quo pacto Moyses orabat: habes. 89. (Dñe refugiu factus es. n
- Si euasisti ab inimicis et liberatus es a persequentibus te: Cane tu quoq3 . 17. (Diligam te domine fortitudo mea ꝛc .
- Si miraris ordinem rerū creatarum et diuine prouidentie gratiam. cane 18. (Celi enarrant gloriam dei ꝛc.) et. 27. (ad te domine clamabo ꝛc.)
- Si tribulatos uides: consolare eos et pro eis orans dic uerba psalmi. 19. (Exaudiat te dominus in die tribulationis ꝛc.)
- Si te custodiri a domino uides: et prospere agere: gaudens cane psalmum 22. (Dominus regit me ꝛc .
- Si contra te irruunt inimici. eleua animā ad deum. et dic. 24. (ad te dñe leuaui aīaz meā ꝛc. et frustra eos inique agentes uidebis .
- Si perseuerauerint inimici : et sanguinolentis manibus abstrabere uel occidere te querunt: ne des homini iudiciū. Suspecta enim sunt humana omnia. Sed deum iudicem postulans. ipse enim solus iudex est. et dic. 25 (Iudica me dñe quoniā ego in). 34. (Iudica dñe nocentes me.) et. 42. (Iudica me deus et discerne causam meam.)
- Si autem seuius instent : et multitudo instar castrorū sint inimici. despicientes quasi ne uictus quidem sis : nihil formidans cane. 26 . (Omnes gentes plaudite manibus ꝛc.)
- Si rursus impudentes sint : qui insidiantur : minime illos curans: cane ad dominū: que sunt in psal. 27. (Magnus dominus et laudabilis nimis.)
- Si scire vis quomodo gratias acturus accedere ad deum debes: intelligibiliter intelliges . cane. 28. (audite hec omnes gentes ꝛc.)
- Deinde renouans domum tuam et animam: que dominum suscipit : ꝛ senibilem domum : in qua corporaliter habitas: age gratias et dic. 29. (Deus deozū dominus loquutus est). et. 126. (Nisi dominus edificauerit ꝛc.)

Si te odio haberi propter veritatem ab amicis et propinquis vides: ne remitte studium. neue aduersantes extimesce. sed futura cogitans cane. 30.

(In te domine speravi.

Si baptizatos vides a corruptibili generatione liberatos diuinam benignitatem admirans cane. 31. (Beati quorum remisse sunt iniquitates)

Si canere vis inter multos iustos viros: et recte viuentes colligens cane 32. (Exultate iusti in domino etc.

Si incidisti in hostes: et eos prudenter euitasti: atq; insidias efugisti: et ob id agere vis gratias: conuoca mites homines et cū eis cane psal. 33. (Bñ dicam dominum in omni tempore)

Si vides iniquos in malum certare: ne putes secundū naturam esse i illis peccatū: quemadmodū heretici quidam. sed dic. 35. psal. (Dixit iniustus vt delinquat in semet ipso non est timor dei ante oculos eius. et videbis q; ipsimet peccandi causa sunt .

Si malos iniqua agentes cernis et contra paruos superbientes et admone re vis aliquos: ne istos attendāt aut emulentur quoniam cito extinguen tur: dic et tibi et alijs. 36. (Noli emulari in malignantibus etc.

Si statuisti habere tui curam: et vides insidiantem aduersariū maxime. n. contra tales exciratur: ac vis temet in eum parare. cane. 38. psal. (Dixi custodiam vias meas etc.

Si multos vides pauperes et mendicos: ac misereri vis: potes et eos: qui iam sunt miserti: probare. et alios vt idem agant hortari dicens. 40. (Beatus: qui intelligit super egenum et pauperem etc.

Si desideriu habes erga deū: inimicos audis exprobrantes: ne perturberis: sed intelligens imortalem fructū: qui ex hoc desiderio nascitur: con solare animā tuā spe erga deum et hac releuans mitigansq; vite dolores dic. 41. psal. (Quemadmodum desiderat ceruus ad etc.).

Si recordari frequenter vis beneficia dei: que patribus fecit et in exitu de egipto et in deserto. et quomodo deus quidem bonus: ipsi autem ingra ti. habes. 43. (Deus auribus nostris audiuiimus). item. 77. (Attendi te popule meus etc.) 88. (Misericordias dñi in eternum cantabo etc.) 101. (Dñe exaudi orōnez meā etc.) 105. (Confitemini dño q. b. q. in. s. m. eius) 106. (Confitemini. d. q. b. q. in. s. m. eius. dicant qui) 113. (In exitu israel de egipto etc.

Si cōfugiens ad deū euasisti: que aduersus te dicta sunt: et grās agere vis dō et narrare eius erga te benignitatez habes. 45. (Deus nñ refugiu et fortis)

Si peccasti. et conuersus penitentia afficeris: et vis misericordiam cōsequi habes confessionis verba in psalmo. 50. (Misere mei deus secunduz magnam misericordiam tuam etc.).

- Si calumniam passus es apud malum regem et diabolum uides gloriantez
 secede ⁊ dic: q̄ sunt i. si. (Quid gl'iaris i malicia: qui potens es iniquitate
- Si qui te persequuntur et calumniantur prodere volentes: sicut pharisei
 iesum. et alienigene dauid: ne tedio marcescas. sed confideris in dño. ta
 ne. 53. (Deus in nomine tuo saluum me fac) et. 55. (Misere mei deus
 quoniam conculcauit me homo .
- Si autem concurrat persecutio et non cognoscens in speluncam ingrediat̄.
 in qua tu absconderis: ne metue. habes enim in hac necessitate utilia cū
 ad consolandū. tum ad memoriam rei colendam uerba in .56. psal. (Mi
 serere mei deus miserere mei. quoniam in te confidit anima mea). et. 141
 psal. (uoce mea ad dominum clamaui.
- Si obseruari iusserit domum: qui insidiatur: iusserit ut effugeris: age gra
 tias deo. et in tabulis anime tue rem incidens .dic. 58. (Eripe me de ini
 micis meis deus meus).
- Si exprobrent inimici: qui tribulant te: et loquacius detrabant: qui ami
 ci esse videntur. et in exercitatione tua labores aliquantulum: potes inuo
 care tu quoq; deū dicens: que sunt in 4. psal. (Quom invocarem: exau
 disti me deus iustitie mee .
- Contra hypocritas et in facie gloriantes dic ad eorum conuersionem .57 .
 psal. (Si uere utiq; iustitiam loquimini recte iudicate. f. b.
- Si aspere irruant in te. et capere animam tuam uelint: oppone illis subiec
 tionem tuam ad deum. et bono animo sis. quo. n. magis insequunt illi: eo
 magis domino subicientur. dic aut psal. 61. (Non ne deo subiecta erit
 anima mea .
- Si persecutionem fugiens in desertum concesseris: ne metuas quasi so
 lus ibi sis: sed habens deum. et ad ipsum diluculo surgens cane. 62. (De
 us deus meus ad te de luce uigilo).
- Si perterrefaciant inimici: nec struere insidias desinant: et omnia inquirūt
 aduersum te: etiam si plurimi sunt: ne cesseris. Sagitte enim paruulorū
 erunt horum plage: si cecineris. 63. (Exaudi deus orationem meā. cum
 deprecor). et. 67. (Exurgat deus et dissipentur inimici eius et. f. qui
 o. eius a. f. eius). et. 69. (Deus in adiutorium meum intende. dñe ⁊c.) et
 70. (In te domine speraui non confundar in eternum .
- Si canere deum uis: habes. 64. (Te decet hymnus deus in sion ⁊c .
- Si quos imbuas resurrectionis misterio: habes. 79. (Qui regis israel. in
 tende ⁊c .
- Si misericordias a deo petis: cane psal. 66. (Deus misereatur nostri: et be
 nedicat nobis .
- Si videas impios in pace prosperari: ne scandaligeris: ut cōmouearis. dic
 tu que q̄. 72. (Quam bonus israel deus his: qui recto sunt corde .

Si irascitur populo deus : habes verba : quibus hūc confoleeris in.73.

(vt quid deus repulisti ꝛc.

Si confessione tibi est opus : cane.70. (In te domine speravi ꝛc.) 74.

(Confitebuntur tibi deus.c.ꝛc.) .91. (Bonum est confiteri domino in psall'e ꝛc.) .104. (Confitemini domino. et inuocate nomen eius).105. (Cōfitemini domino. quoniam bonus ꝛc.) .107. (Paratum cor meum de us ꝛc.) .110. (Confitebor tibi domine in toto corde meo).117. (Confitemini domino quoniam bonus). 135. (Confitemini domino quoniam b. q. in eternum mi. e). et. 137. (Confitebor tibi domine in toto corde meo q. a. verba oris mei .

Si vituperare gentilem vis et hereticos vt apud quos dei cognitio non est: potes intelligendo canere et dicere : que sunt in psal.85. (Inclina domine aurem tuā: et exaudi me : quoniam inops et pauper sum ego.

Si occupauerint inimici effugia tua et magnopere tribuleris q̄q̄ perturbabis : ne despera sed ora. et si clamans exauditus fueris: age deo gratias dicens: que sunt in psal.76 (voce mea ad dominum clamaui. voce mea)

Si perseuerantes inimici irruerint : et polluerint domum dei: ac sanctos occiderint : et eorum corpora volatilibus celi proiecerint: ne metuas illoꝝ crudelitatem. sed compatiens patientibus dic psal.78. (Deus venerunt gentes in hereditatem tuam po. t. s. tuum .

Si canere vis domino in celebritate : conuocatis dei seruis: cane.80 (Exultate deo adiutori nostro iu. deo. iac.) et .94. (venite exultemus dño iubilemus deo salutari nostro.

Si rursus inimici congregentur vndiq̄ et minentur domui dei Conspirantes contra pietatem : ne te multitudo et potentia illorum perturbet : habes velut anchoram spei verba : que sunt i.82. (Deus quis similis erit tibi. ne taceas neq̄ con. d.

Si vides domum dei et eterna eius tabernacula : et desiderium habes ad illa sicut habebat apostolus : dic et tu.83. (Quam dilecta tabernacula tua) et cetera .

Si cessauerit ira. et soluta captiuitas fuerit: habes : quibus gratias deo agas 84. (Benedixisti domine terram tuam ꝛc). et. 115. (Credidi propter quod locutus sum ꝛc).

Si discordiam catholice ecclesie aduersus schimata cognoscere vis : et illos conuerrere: potes dicere : que sunt in psal.86. (Fundamenta eius in montibus sanctis ꝛc).

Si exhortari te ipsum vis et alios ad religionem ac persuadere q̄ spes in deum non confundit: sed intrepidam reddit animam: lauda deū dicens: que sunt in psal.90. (Qui habitat in adiutorio altissimi ꝛc.

Si canere vis sabbato habes.91. (Bonū est cōfiteri dño ꝛ psalere nomini

tuo altissime.

Si gratias agere vis dominico die : habes .iij. (Dixit insipiens in .c .f. nō est deus .c .f .xc) .

Si canere vis secūda sabbati : habes : q̄ sūt i .94 . (Venite exultemus dño .xc .

Si canere vis in parascēue : habes laudationem in .92 . (Dominus regna uit decozem inducus est .xc .) Tunc .n . domus edificata est : quāuis cir cūire conati sunt hostes . Atq̄ ideo triūphale carmen canendū est ip̄i dō

Si captiuitas fuerit ac vastata domus : rursusq̄ edificata : cane que sunt i 95 . (Cantate domino canticum nouum .c .d .o .t .

Si vexata terra fuerit ab hostibus . et deinde quiescat regnante domino : habes : quem canas .96 . (Dominus regnauit exultet .t .)

Si vis quarta sabbati canere : habes .93 . (Deus vltōmū dñs deus vl .) Tunc enim traditus vlcisci mortem cepit . ⁊ de ea triūphare . qnō igr̄ euāgelii legens videris iudeos consiliū ineuntes aduersus dominum et ipsum au dacter stare pro nobis aduersus dyabolū : cane q̄ sunt i .93 . vt dictum est .

Si vides prouidentiam domini in omnia : et dominiū ipsius : et vis imbue re aliquos ipsius fide et obedientia . Cum persuaseris prius : vt confiteā tur : cane .99 . (Jubilate deo omnis terra) .

Si potestatem iudicandi in eo cognoscis : et q̄ misericordie iudicium ad miscens iudicat deus : atq̄ accedere ad ipsum vis : habes ad hoc verba ioo . psalmi . (Misericordiam et iudicium cantabo tibi .d .

Si propter ibecillitatem nature nostre assiduis vite malis aliquando : ceu medicus : tedio afficeris : et consolarij te vis : habes psal .ioi . (Domine exaudi orationem meam et clamor m . ad .t .ve .)

Et quoniam cōuenit semper et in omnibus agere deo gratias : qnō ipsi be nedicere vis : habes : quo tuam animam adhorteris .io2 . (Benedic aīa mea domino . et omnia . que intra me sunt nomini sancto eius et c .) et i03 . (Benedic anima mea dñm . dñe . d . m . mag . es vehementer .

Si laudare vis deum et scire quomodo ob aliquod oportet laudare : et q̄ verba dicere laudans debet : habes .iij . (Laudate pueri dominū . l . n . d . etc .) . iij6 . (Laudate dñz omnes gentes . l . e . o . p .) i45 . (Lauda aīa mea dominū . l . d . i . v . m . psal . d . m . q̄ diu fuero) . i32 . (Ecce q̄ bonum .xc .) . i46 . (Laudate dominū quoniam bonus est psal .) . i47 . (Lauda hieru salem dominum . l . d . t . sion) . i48 . (Laudate dominū de celis .xc .) . i49 . (Cantate domino . c . n . l . e . in . e . sanctorum) . i50 . (Laudate dominum in sanctis eius . l . e . in . f . v . eius) .

Si habes fidem quemadmodū dominus dixit : et credis in his que orans loqueris : dic . iij5 . (Credidi propter quod loquutus sum) .

Si te ascendente sentis actionibus sic vt dicas his obliuiscor his aut qui precedunt contendo : habes in vno quoq̄ processu (que dicas) quinde

clm graduum Cantica .

Si captiuatus es alienis cogitationibus: et sensisti te abduci. et penituit: de sine deinceps. et manens (ubi te peccantem deprehendisti) sede: ac luge tu quoque: quemadmodum fecit populus dicens que sunt in . 136. (Super flumina Babilonis illic sedimus &c).

Si temptationes putas esse tui probationem: age post temptationes gratias deo dicens . 138. (Domine probasti me et cognouisti me).

Si teneris rursus ab inimicis et liberari vis: dic . 139. (Eripe me domine ab homine malo ui. i. e. me).

Si orare vis et deprecari: dic . 5. (Verba mea auribus percipe) . 140. (Domine clamaui ad te: exaudi me) . 141. (Uoce mea ad dñm clamaui. v. m. a. d. d.) . 142. (Dñe exaudi orōnem meam. au. p. ob) . 145. (Lauda anima mea dominum et cetera .

Si inimicus tirānus isurrexit aduersus pplz: tu quoque sicut David Soli atb. ne timeas: sed vna cum dauid crede: et canens dic . 143. (Benedictus dominus deus: qui . d. m. m. ad prelium)

Si bonitatem dei et in te et in omnes recolis: et benedicere deo vis: dic verba: que David dixit in . 84. (Benedixisti dñe terram tuam &c).

Si cantare vis domino: habes quid dicas . 95. (Cantate dño. c. n. &c). 97. (Cantate dño canticū nouū quia mirabilia fecit).

Si paruus forte in aliquo vsu fratribus anteponeris: ne extollaris contra ipsos sed dans gloriam deo psalle tu quoque . 151. (Quid gloriaris in malicia qui potens es iniquitate) qui proprius dei es alias . 150. (Laudate dominum in sanctis eius &c).

Si canere vis obedientiam habentem alleluia: habes . 104. (Confitemini domino et inuocate nomen eius) . 105. (Confitemini dño . q. b. q. i. m. e. quis loquetur . p. d.) . 106. (Confitemini dño . q. b. q. i. m. e. dicant nūc qui) . et . 110. (Confitebor tibi dñe i . t. c. m.) . 111. (Beatus vir qui timet dñm in m. e. v. n.) . 112. (Laudate pueri d. l. n. d.) . 113. (In exitu israel de egipto.) . 114. (Dilexi qm̄ exaudiet dñs) . 115. (Credidi propter quod loquutus sum) . 116. (Laudate dominū omnes gentes) . 117. (Confitemini . d. q. b. q. in . m. e. dicat . n. israel) . 118. (Beati imaculati) . 119. (Laudate nomen dñi) . 145. (Lauda aia mea dñm &c) . 146. (Laudate dñm . q. b. est psalmus) . 147. (Lauda hierusalem dñm) . 148. (Laudate dñm de celis) . 149. (Cantate dño canticū nouū . l. e. i. e. sanctorū) et . 150. (Laudate dñs in sanctis eius .

Si seorsum vis canere de saluatore: habes de eo in quo vis psalmo . Precipue vero habes . 44. (Ad te domine leuaui animam meam) . 109. (Dixit dominus domino meo sede a dextris meis &c). Indicantes ipsius ex parte legitimam generationem: et corporalem eius pñtiam . 10. autem . f.

In domino confido). et. 68. f. (Saluum me fac deus ꝛc.) predicentes de
diuina cruce. Et quātū pro nobis insidiarum suscepit. et q̄ multa passus
est. et. 2. (Quare fremuerunt gentes). et. 108. (Beati immaculati.) si
gnificantes iudeorum insidias et malignitatem : et Jude schariotti prodi
tionem. Item. 20. (Domine in virtute tua). 49. (Deus deorum do
minus loquutus est ꝛc.). 71. (Ostendentes regnum eius et iudicandi po
testatem. et eius presentiam in carne. 15. aut (Conserua me domine. quo
niam speraui in te ꝛc.) Indicat eius in carne resurrectionem gloriosam.
23. (Domini est terra et plenitudo eius). et. 46. (Omnes gentes plau
dite manibus ꝛc.) nunciant eius in celum ascensum. 92. (Dominus re
gnauit). 95. (Cantate domino canticum nouum. c. d. o. t.). 97. (Canta
te domino canticum nouum. quia m. f.) 98. (Dominus regnauit irra
scantur populi). si leges speculari poteris : que dominus nobis beneficia
per passionem contulit .

Talis est igitur stilus et character psalmozum ad hominū vtilitatem,
Deo gratias.

Impressum est autem hoc diuinum opusculum accuratissime per Plato
nem de Benedictis Selsineū, anno dñi. M. cccc. lxxxij. die. xxvij. aug.